

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Henrici Hottingeri Henr. ex Henr. Nep. S. Theologiæ &
Antiquitat. Jud. Acad. Marburg. Prof. Ord. Typus Doctrinæ
Christianæ In Usus Institutionis ...**

Hottinger, Johann Heinrich

Francofurti ad Moenum, Anno MDCCXIV.

VD18 12542598

Caput XXII. De Applicatione Beneficiorum Christi In Genere.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216057

mentionem facit Daniel, ad tempora Messia
pertinebant. Tandem Messia manifestatō
Gentes idololatriam suam relicturas, illi obse-
quium præstaturas esse à Prophetis prædictum
erat Gen. XLIX. 10. Es. II, 2. 3. At nunc Juda
à reliquis tribubus dignosci nequit, sine Rege
& Principe vivit, Templum secundum ever-
sum, urbs Hierosolymitana desolata, sacrificia
& ferta abrogata, Lxx septimanæ sive 490. an-
ni jam dudum elapsi sunt, & Gentes legem ac
Prophetas tanquam fidei & vitæ normam ve-
nerantur. Judæi, quorum cordatiores loca
allegata ad Messiam pertinere non negant, ipsi
fatentur neminem ex gente sua esse, in quem
prædicata quadrent. Christiani verò produ-
cunt talem docentque singula Jesu filio Mariæ
apprimè convenire. Imò arbitrantur plura
Majorum suorum de Salvatore judicia, specia-
tim qualia prostant in tr. סנהדרין cap. חלק hanc
sententiam egregiè confirmatam dare.



CAPUT XXII.

DE

APPLICATIONE BENEFICIORUM CHRISTI IN GENERE.

Σύνοψις.

Beneficia, quæ ne suo acquisivit,
Christus sangui- applicanda erant,
Ii 3 ut po-

utpote applicatio
acquisitionis scopus
& finis. §. I.

Quò verò applicatio
rectè intelligatur,
cognoscendus primò
venit hominis sta-
tus. Hic, siue in ge-
nere siue in specie
consideretur, cor-
ruptus est, licet in
variis variis corru-
ptionis gradus in-
veniantur. §. II.
III. IV.

Unde sequitur homi-
nem ex se ad salu-
tem consequendum,
communione cum
Deo quærendum,
inveniendum ini-
doneum esse. §. V.

Quare secundo notan-
da veniunt Dei cir-
ca corruptum ho-
minem gratiosæ a-
ctiones. §. VI.

Convictio de corru-
ptione, sanatio, con-
formatio ejus cum

immagine Divina. §.
VII.

In hunc finem præter
lucem naturæ &
continuam bono-
rum largitionem. §.
VIII.

Dat verbum Evange-
licum. §. IX.

Quod solum nondum
sufficit. §. X.

Sed & Spiritum suum,
cujus illuminationi
mali non credunt,
resistunt. §. XI.

Sed boni eam admit-
tunt, unde lux ma-
jor, & vires majo-
res in iis exeruntur.
§. XII.

Quæ spiritus operatio
specialis, omni-
potens & efficacissima
est. §. XIII.

Sed simul mira, inef-
fabilis. §. XIV.

Subjectum hujus ope-
rationis sunt præ-
cogniti ex Judeis
& Gentibus. §. XV.

Ex

in dictis constat
moratas Dei a-
mes gratiosas
aque adeo dicitur
gratie initium,
gressum & finem
hæc nostræ ad
bendam esse. §.
meritum Jesu
§. XVII.
rio consider
aut homines,
ex se præbent
memoratas De
tiones. §. XVI.
quidem infia
ratio modò
om Evangelii
ment, illum
tomi, convict
spiritus. §. resist
XX.
Ademus bene
I tempore ve
salvatoris parta
et contemplatur
mibus, utpo
tius scopus fi

Ex dictis constat memoratas Dei actiones gratiosas esse, atque adeo divinæ gratiæ initium, progressum & finem salutis nostræ adscribendum esse. §. XVI.

Ob meritum Jesu Christi. §. XVII.

Tertio considerandi sunt homines, quales se præbent erga memoratas Dei actiones. §. XVIII.

Et quidem infideles variò modò verbum Evangelii rejiciunt, illuminationi, convictioni Spiritus S. resistunt XIX. XX.

Fideles considerantur vel ante conversionem, quando nonnulla illis à gratioſo Numine conferuntur, ut eos excitent, futuræ conversioni inserviant. §. XXI. XXII.

Vel in conversione, quâ vitâ spirituali donantur. §. XXIII.

Hæc verò conversio est opus solius Dei. §. XXIV.

Vel post conversionem, quando vitæ eorum spiritualis semper crescit, major lux, majus studium sanctitatis oritur. §. XXV.

§. I.

HActenus beneficia ab æterno destinata, in tempore verò obedientia & morte Magni Salvatoris parta, contemplati sumus. Nunc verò cōtemplaturi applicationem eorum in hominibus, utpote quæ destinationis & impetrationis scopus finisque. Quid enim benefi-

cium destinatum acquisitumque ab alio pro alio, nisi huic applicetur? Dein passim promissa est bonorum appropriatio, Ezech. XXXVI, 25-30. & phrasi toties occurrente, *Ero Deus tuus*. Egregiè quoque adumbrata est veluti in sanatione leprosi, qui non prius purus declarabatur quàm aquâ sanguineque aspersus Lev. XIV, 6. 7. Sic qui spirituali lepra laborat, mundus non est priusquam conscientia ejus sanguine & aqua Jesu Christi aspersa. Ps. LI, 9. 1. Petr. I, 2. Hebr. IX, 13. 14. X, 22. Porro inde confirmatur, quoniam beneficia rebus accomparantur nullum usum præbentibus, nisi applicentur. Accomparantur convivio Ps. XXII, 27. cibo, potui Joh. VI, 53. Tandem idem S. Cæna probat, ceu in qua Christus symbolicè applicandus sistitur.

II. Applicationis naturam clarius cognituri attendimus **N.** ad statum, in quo homo, in quem conferenda sunt beneficia, versatur. **2.** Tum ad actiones Dei in applicando ut & media, quibus utitur. **1.** Rursum hominem consideraturi sumus, quomodo is se habeat ad operationes Dei.

III. **N.** *Hominis statum quod attinet, potest ille considerari vel in genere vel in specie. In genere: Qualis scil. in omnibus ex naturali generatione est. Omnibus deest imago Dei, in qua Adam conditus erat. Hinc omnes naturâ in rebus spiritualibus obtenebrati, per consequens*

Beneficiorum
gens spiritualia no
gram cognoscend
ditate feruntur.
das percipiendi,
das tantum sed d
tatem sui & volunta
um, turpium indi
males, hinc fit u
spiritualibus ju
IV. In specie.
turi omnibus in
nulli magis cor
vel luce naturali
ratio, educatio,
corruptionem
V. Ex dictis,
tatem talem esse
2. propriis viri
um, communion
mendum, inie
VI. Quare n
ta hac emergere
impedimenta
VII. Et quide
tur de corruptio
qua querenda. T
um illam magis
clere, cum Dec
naturatis conform

quens spiritualia non amant, æstimant, nulla eorum cognoscendorum, possidendorum cupiditate feruntur. Attamen omnibus inest facultas percipiendi, judicandi, volendi, nec facultas tantum sed omnibus quoque Deus notitiam sui & voluntatis suæ, actionum honestarum, turpium indidit. Quia verò ex carne carnales, hinc fit ut carnaliter h. e. malè de rebus spiritualibus judicent.

IV. *In specie.* Status hic corruptus, qui naturâ omnibus inest, varios gradus admittit. Nonnulli magis corrupti, nonnulli minus, prout vel luce naturali usi sunt vel abusi. Sic institutio, educatio, imitatio, conversatio, tot alia corruptionem augent vel minuunt.

V. Ex dictis, quæ supra deducebamus, constat talem esse hominis naturâ statum, ut ex se, propriis viribus, ad salutem consequendum, communionem cum Deo quærendum, inveniendum, inidoneus sit.

VI. ¶ Quare necesse est, ut, si homo ex miseria hac emergere debeat, Deus ipsi auxilio sit, impedimenta cuncta removeat.

VII. Et quidem necesse, ut primò convincatur de corruptione sua, de salute in Christo Jesu quærenda. Tum quoque, ut corruptionem illam magis magisque minuere, tandem tollere, cum Deo uniri, in studio veritatis & sanctitatis conformari velit, valeat.

VIII. Ad quem finem obtinendum sapientissimum Numen ea adhibet media, quæ sufficere queunt. Non sufficit lux naturæ aut continua bonorum suppeditatio, (licet etiam hæc certâ ratione hominem ad Deum invitent, alliciant,) sicuti constat tum ex corrupto hominum statu, tum Gentium historia, tum quoque Mysterio salutis in Christo Jesu coram oculis hominum naturalium abscondito:

IX. Ad hæc accedere debet Ministerium Evangelii, tradens corruptionem originariam, acquisitam liberationem ex ea in sanguine Jesu Christi resipiscentibus & credentibus Joh. XVII, 3. Rom. X, 9. 10. Marc. I, 15. Quod patet tum ex viis Dei ordinariis. Ubique voluit, ut populus aliquis à potestate satanæ ad Deum perduceretur, ad eum quoque Evangelium suum misit. Tum ex locis Scripturæ Rom. X, 14. *Quomodo credent, de quo non audiverunt?* 2. Thess. II, 14. *Vocavit Deus vos per Evangelium nostrum ad consecutionem salutis*, cf. Rom. I, 16. 2. Tim. III, 15. Mitto afflictiones, morbos, aliaque, quæ subinde à Deo immitti solent ad corruptionem cognoscendum & gratiam Dei avidius desiderandum.

X. Sed quamvis verbum sit ordinarium externum resipiscentiæ & fidei plantandæ medium, attamen per se non sufficit. Quippe homo naturalis non capit, quæ sunt Spiritus Dei

1. Cor.

Beneficio
Cor. II, 14.
neunt. Tantu
I. 7.
XI. Itaque
porter Spiritus
nis auditoru
ddat, eos de p
minum age
I. IV, 12. Joh.
ndit verò, ut
ebant, teneb
ate eligant
quoque con
sors long
ut ulteri
judicia sibi
nar corda,
XII, 37-41.
III. In obe
Spiritus S.
Math. XI
tum clarè in
por exeritur
pravitate p
XII, 2.6. ap
ea, quæ Deu
ut in cord
jectum rec
III, 23.
XIII. Oper

1. Cor. II, 14. Ipsi præcones cor mutare nequeunt. Tantum rigant, plantant. 1. Cor. III, 7.

XI. Itaque cum Evangelio conjuncta sit oportet Spiritûs S. operatio, quâ per verbum animis auditorum veritates persuasas certasque reddit, eos de peccato & officiis erga Deum & proximum agendis convincit Jer. XXIII, 29. Hebr. IV, 12. Joh. XVI, 8. 2. Tim. III, 16. Hebr. VI, 4. 5. 6. Accidit verò, ut mali huic Spiritûs S. operationi resistent, tenebras præ luce, impietatem præ pietate eligant Act. VII, 51. Eph. IV, 30. additò quoque convitiò Matth. XII, 31. 32. quorum fors longè miserrima, qui obicem ponunt ulteriori operationi, atque gravissima Dei judicia sibi accersunt l. c. quorum obfirmantur corda, excæcantur oculi Jes. VI, 10. Joh. XI, 37-41.

XII. In obedientibus, bonis altius assurgit hæc Spiritûs S. operatio. Lux major accenditur Matth. XIII, 12. quâ Mysteria regni cælorum clarè intelliguntur v. 11. Vis quoque major exeritur, quâ corda naturali & acquisita pravitate præputiata circumciduntur Deut. XXX, 2. 6. aperiuntur, ut attendere possint ad ea, quæ Deus in verbo proponit Act. XVI, 14. ut in corde tanquam agro bono semen projectum recipiant, fructus ferant Matth. XIII, 23.

XIII. Operatio hæc non communis sed specia-

specialis, omnipotens atque efficax est. Neque enim exeritur in omnibus, qui verbum Dei audiunt, aut à Spiritu S. illuminantur Matth. XIII, 11. 19-23. Eph. I, 17. 18. Quanta verò vis Dei impendatur, inde liquet, quando ab Apostolo *Virtus, virtus magna & quidem excellens, efficacia roboris virium, quas exeruit in Christo excitans eum è mortuis* Eph. I, 19. 20. dicitur. Præterea excitatio è morte Eph. II, 6. creatio lucis 2. Cor. IV, 6. regeneratio 1. Petr. I, 3. aliisque ejusmodi nominibus appellatur. Unde porrò fluit quòd talis operatio successu suo nunquam destituatur. Quemadmodum in creatione ad vocem Creatoris se fistebant quæ non erant, sic in secunda creatione, unde hæc cum illa non semel confertur, 2. Cor. IV, 6. *Dabo vobis cor novum & Spiritum novum indam vobis, amovebo cor lapideum è carne vestra & dabo vobis cor carneum: Spiritum meum indam vobis, & faciam ut in statutis meis ambuletis, judicia mea servetis & faciatis* Ezech. XXXVI, 26. 27.

XIV. Mira admodum est hæc Spiritûs S. operatio, ut nemo ejus modum, qui in circumstantiis variare videtur, plenè intelligat Joh. III, 3. 13. Novimus quidem Dei opus esse, sed modum operationis, quem Deus communiter in actionibus suis abscondit, ignoramus. Distinguendum venit initium à progressu. In

initio,

Benefi-
cio, quando
nienti similis
operanti virt
recti XXX
quod quamvis
les, actione
tempus relu
tur Jer. XX,
omnitiones f
m clarissime
fuit
IV. Illi, i
peratur, sunt
II, 28. 30. e
omnes & f
XVI. Ex di
circa fide
que enim n
huc tribu
runt. Grati
grati ejus op
II, 6. Grati
1. Cor. I, 4
II, 29. 1. C
est. V, 23. f
minis gloriatio
est.
XVII. Han
Christus.

initio, quando vita spiritualis inditur, homo patienti similis; Sed in progressu agenti vel cooperanti virtute vitæ collatæ. Eph. I, 1-11. Ezech. XXXVI, 25-28. Notandum porro quod quamvis tanto robore in fideli operetur Deus, actionem ita instituat ut ex nolente & ad tempus reluctante volens imò currens redatur Jer. XX, 7. Cant. 1, 4. quippe carnis ratiocinationes fortiter refutat, veritatum nexum clarissimè docet, atque ita voluntatem flectit.

XV. Illi, in quibus Spiritus S. tali modo operatur, sunt ab æterno præcogniti, Rom. VIII, 28. 30. ex Judæis & Gentibus IX, 23. 24. non omnes & singuli l. c.

XVI. Ex dictis abundè constat omne hoc, quod circa fideles agit Deus, gratuitum esse. Neque enim naturalis hominum status quidquam huc tribuit aut Deum ad ita operandum mover. Gratiâ ejus prædicatur Evangelium. Gratiâ ejus operatur Spiritus S. in electis, Tit. III, 5. 6. Gratiâ ejus illuminamur Eph. I, 17. 18. 1. Cor. I, 4. 5. 6. credimus, sanctificamur, Phil. I, 29. 1. Cor. I, 30. Hebr. XIII, 20. 1. Thess. V, 23. salvamur Eph. II, 8. 9. Quare omnis gloriatio in causa salutis homini præclusa est.

XVII. Hanc verò gratiam promeritus est Jesus Christus. Nisi enim hic mortem obiisset, nullus

Cap. XXII. De Applicatione
nullus gratiæ divinæ locus Act. IV, 12. Rom.
V, 10. Quia verò obiit, cum eo omnia donat
Rom. VIII, 32.

XVIII. 1. Diximus de Dei actionibus in applicatione salutis. Dicendum nunc quoque, qualem se homo erga eas præbeat. Hic vel infidelis considerari potest, vel fidelis.

XIX. Infidelis non unius speciei datur. Est qui Verbum Evangelii, quod ipsi proponitur, audire non vult, mox rejicit, ceu quod præconceptis opinionibus adversatur, aut saltem nullâ adhibitâ diligentîâ audit, unde nullam meditationem in corde ejus excitat. Est dein, qui illud audit quidem atque etiam animo tenet, at quando reperit refragari curis & cupiditatibus mundi, has præfert, unde verbum rursus suffocatur. Est insuper, qui plectus bonis, quæ Evangelio insunt, ad aliquod tempus constans in ejus professione manet, verum quando tristitia fata manent Evangelii professionem, tum eam mutat. Est tandem qui veritatem Evangelicam Spiritûs S. illuminatione inspexit, docuit, virtutes vel ipse patravit aut patratas vidit, qui tamen illi contrariatur, eum convitiatur.

XX. Tales infidelium classes, imò aliæ plures ex Historia omnis temporis notæ sunt. Notæ quoque tum ex Parabola Christi Matth. XIII, 4-8. 19-23. tum ex aliis Scripturæ locis Matth. VII,

II, 21. 22. A

29. Quæ

est, nisi seipias

in mediocrum

XXI. Fidele

qualis ante c

etione & pos

eternal & sem

XXII. Ante

non ita a

etate man

etiam, proxim

etiam conscient

etiam, aut saltem

etiam, magnam

etiam, honeste

etiam, auscu

etiam, notitiam

etiam, nonnihil c

etiam, similia

etiam, possunt,

etiam, d

etiam, conversi

XXIII. In c

etiam, vitali vita

etiam, II, 5, in c

etiam, 2. Cor.

etiam, detegens

VII, 21. 22. Act. XIII, 46. Hebr. VI, 4. 5. X, 26. 29. Quæ omnes non habent quod accusent, nisi seipsas, propriam inobedientiam, abusum mediõrum, quæ ipsis Deus largitus est.

XXI. Fidelem quod attinet, spectari potest vel qualis ante conversionem, vel qualis in conversione & post eam. Non enim communiter simul & semel homo converti solet, sed sensim.

XXII. Ante conversionem fidelis luce naturali non ita abutitur, ut vulgò ab aliis in infidelitate mansuris fieri solet, à flagitiis erga Deum, proximum, quæ communi humanitati, claro conscientiae dictamini repugnant, abstinet, aut saltem postea agnoscit, dolet, intermitit, magnam de se existimationem non foveat, externæ honestati, modestiæ, amoris studet. Lectione, auscultatione Legis, Evangelii quamdam notitiam sibi acquirit, periculosum statum nonnihil cognoscit, timet, optat liberari. Hac & similia ad statum ante conversionem referri possunt, atque etiam à gratioso Numine conferuntur, diriguntur, ut hominem excitent, futura conversioni inserviant.

XXIII. In conversione fidelis demum vera spiritali vita donatur, ex mortuo vivificatur, Eph. II, 5. in corde tenebricoso oritur lux cœlestis, 2. Cor. IV, 6. dispellens priores tenebras, detegens vitam, quam hactenus duxerat, pecca-

312 Cap. XXII. De Applicatione Beneficiorum &c.
peccatis infectam, ex animali fit spiritualis,
Joh. III, 6. omnia spiritualiter dijudicans, 1.
Cor. II, 14. 15.

XXIV. Qui transitus à morte ad vitam ne-
tquam hominis viribus attribuendus est. Nam
quæ sunt in mortuo ad surgendum vires? Nul-
læ. In tenebris nullæ lucis qualitates latent.
Neque in carnali semen Spiritus. Unde in lo-
cis citatis vivificatio, illuminatio, regeneratio
Deo & ejus gratiæ in Christo Jesu tantum ad-
scribitur.

XXV. Post conversionem fidelis vitâ com-
municatâ frui pergit, infantis recens nati instar,
benedicente Deo, vires sumit, petit à Patre suo
cœlesti cibum spiritualem, eum accipit atque
consumit in voluntate Patris adimplenda, unde
perpetuò majora bona ipsi conferuntur. Te-
nebræ etiam magis magisque dispelluntur,
caro debilitatur, minuitur, mortificatur, ut
tandem totus spiritualis sit. *Charitas abundat magis & magis in cognitione & omni
sensu ad probandum potiora ut sit sincerus
& sine affectu in diem Christi, repletus fru-
ctibus justitiæ per Jesum Christum*, Philipp.
I, 9--12. cf. 1. Thess. V, 23. Eph. IV. vers. 13.
14. 15.

CAPUT